



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

XXX. Markgraf Woldemar vereignet dem Bisthum Lebus das Dorf Zechin,
am 25. September 1313.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

est insultores dictorum districtuum quibus clarificatum fuerit, rei actu hiis penis afficientur, villa tota et integra in decem talentis, Cuius quivis civitatum ac opidanus pro vno talento et miles quivis ac armiger pro decem talentis per nostrum aduocatum aut per suos officiatos inpingnoretur. — Actum et datum in Werbelin, Anno domini M^o. CCC^o. XIII^o. Pantaleonis martiris. Ceterum addicimus pro vestro comodo et profectu, quod quicumque contra quempiam ex vobis egerit excedendo siue in latrocinio uel furto aut homicidio seu quocumque casu excessum perpetraverit, quod super eo iudex loci illius, siue sit ciuitas siue villa, debeat duas sententias iudicare et terciam sententiam ad nos deferendam dominus Henricus de werbin prenotatus noster Aduocatus fidelis nostro nomine iudicabit. Datum ut supra.

Wohlfürst I, 326.

XXX. Markgraf Woldemar verzeignet dem Bisthum Lebus das Dorf Zechin, am 25. September 1313.

In nomine domini Amen. Actus humani omnino transirent in nichilum, nisi litera efficax ipsos sub propriis formis fantasmaticis memoriis hominum commendaret. Nos igitur Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, virtute presentium protestamur, quod cum prouido examine nostrorum fidelium deuota mente dedimus presentibus et donamus literis proprietatem ville in zechyn Ecclesie lubucensi, quam villam ecclesia emit a domino zabelle, milite de Badelo. Et ipsam ex nunc adiungimus predictae ecclesie cum omni libertate iurium, iudiciorum, preciarum et fructuum omnium sub propriis limitibus et distinctionibus tanquam proprie propriam perpetuis temporibus possidendam. Presentibus testibus domino hermanno, nobili de Barby, domino vrico, comite de lyndow, Bedekino, milite, nostro marscalco, et domino Slothekino, nostro prothonotario, cum aliis pluribus fidedignis. Ne autem huius proprietatis donacio alicuius malicia possit submoueri inopstrum (sic), presentem literam nostro sigillo confirmamus. Actum et datum in Monychkeberch, Anno Domini Millesimo Trecentesimo Terciodecimo, Septimo Kalendis Octobris.

Nach dem Originale des Geh. Staatsarchives. In Gercken's Codex IV, 574 steht statt Badelo: Gadelo und statt 1313: 1312.